

Ibid.: „quam desiderabat Daud, cum hanc mitteret vocem: ‚Cor nouum‘ etc., Psalm 50. De hac apostolus scribit: ‚Abluti estis‘ etc., 1. Cor. 6, et cum inquit ‚Deum secundum suam misericordiam‘ etc., Tit. 3“⁴⁰

[86:] Tria haec testimonia, quae hic ordine citantur, non recte citantur: 1) Dauid enim in foro conscientiae luctatur aduersus peccatum, unde cor suum purgari petit. De sua propria iustitia ne unum verbum in toto Psalmo facit. 2) Locus Pauli ad Corinthios de ablutione, sanctificatione et iustificatione, quae fiunt in nomine domini nostri Jesu Christi in Spiritu Dei nostri, loquitur non de iustitia inhaerente. 3) Ad Titum vero de salute, quae fit secundum misericordiam Dei, non secundum iustitiam inhaerentem agit. Imo haec testimonia destruunt totum illud commentum de iustitia inhaerente. Tantum abest, ut illud confirmet. Diuus Ambrosius recte definit nostram iustitiam, dum vocat eam iniustitiae condonationem.⁴¹

Ibid.: „Quanquam autem iustitia haec“⁴² etc.

15 Haec particula simpliciter neganda est. Nam iustitia, quam inhaerentem liber Interim vocat, et cui tribuit veram iustificationem coram Deo, non profluit ex fonte legis spiritus, id est ex euangelio nec abundantior est iustitia scribarum et Pharisaeorum. Euangelium enim reuelat nobis aliam iustitiam scilicet Dei „ex fide in fidem“⁴³ Rom. I. Et haec iustitia, quam liber inhaerentem vocat, 20 est aequae iustitia legis, ut fuit iustitia scribarum et Pharisaeorum, utinam non intelligat [87:] etiam iustitiam quorundam mortuorum operum, de quibus in toto decalogo nec unum iota vel exprimitur vel subintelligitur.

Ibid.: „nihilominus concupiscentia repugnat“⁴⁴

Cum scriptura doceat et experientia testetur in nobis haerere concupiscentiam et perpetuo nobis inesse peccatum, sumus formaliter iniusti.⁴⁵ Ergo non est aliqua formalis iustitia in nobis, quae coram Deo valeat, nec inhaerens, et fructum esse iustitiae Dei non negamus oboedientiam, sed esse dignam, ut in

⁴⁰ Augsburger Interim IV, 45; Augsburger Interim (Ulhart), B 3r. Vgl. Ps 51,12; I Kor 6,11; Tit 3,5.

⁴¹ Vgl. Ambrosius, Exameron V, 24, 90, in: PL 14, 256 (CSEL 32/1, 203,10–12).

⁴² Augsburger Interim IV, 45; Augsburger Interim (Ulhart), B 3r.

⁴³ Röm 1,17.

⁴⁴ Augsburger Interim IV, 45; Augsburger Interim (Ulhart), B 3v.

⁴⁵ Nach scholastischer Vorstellung ist die „concupiscentia“ als sinnliche Neigung des Menschen ein Zunder zur Sünde, der auch nach der Taufe und der damit verbundenen Vergebung der Erbsünde bestehen bleibt, ihrem Wesen nach aber nicht als Sünde zu definieren ist. Nach reformatorischem Verständnis ist die „concupiscentia“ hingegen der Wesenskern der erbsündlichen Verderbtheit des Menschen und bleibt auch nach der Taufe im Menschen bestehen, der vor Gott zwar gerechtfertigt ist, im Blick auf sich selbst aber immer Sünder bleibt, „simul iustus et peccator.“ Vgl. Risto Saarinen, Art. Erbsünde I. und III., in: RGG⁴ 2 (1999), 1394–1397.